

Deli rep. in plintho statuae (III S. 7249). — 1) Mommsenus l. c. refert ad Varrorem eum qui a. 679 ex Asia provinčia repetundarum accusatus est (Pseudo-Asconius in div. 7, 24 p. 409 Or.).

867 Q. Caecilio C. f. Metelo | imperatori Italici | quei Argeis negotiantur.

Argis (I 595. III 551; Ritschl tab. LXXa). — Mommsenus rettulit ad Q. Metellum cos. a. 683, devictorem Cretae a. 686—688, ex qua rettulit Cretici agnomen et triumphavit a. 692. Eiusdem est titulus Atheniensis C. I. Att. 5, 565.

868 Q. Maarcium Q. [f. Regem]¹ | Italicei quei negotian[tur Argeis] | Kóivrov Maáqzio[v²] Koív]rov viðov 'Pýya 'Ital[izot].

Argis (III 552 III S. 7263 descr. Lebas). — 1) Consul a. 687. — 2) MAARKIO . . . lapis (cum R Latina).

869 Q. Pompeius Q. f. Ruf. | cos.

869^a L. Cornelius L. f. Sulla procos.

Deli rep., bases statuarum (III S. 7258. 7254 Mommsen videt ectypa). — Q. Pompeius et L. Sulla consules fuerunt a. 666; ille occisus est in ipso consulatu. Titulos positos esse putat Mommsenus ineunte a. 667, antequam Sulla, victis in Graeca Mithridatis copiis, imperator acclamatus esset.

870 L. Cornelio L. [f.] | Sullae Feleici | imperatori | publice.

Suessae rep. (X 4751 descr. Zangemeister). — Titulus videtur positus antequam Sulla dictator creatus esset, id est ante finem anni 672. Suessanos Sullae Campaniam occupanti inter primos sese dedidisse intellegitur ex Appiano b. civ. 4, 85.

871 L. Cornelio L. f. | Sullae Feleici | dictatori | leiberteini.¹

Traiecti in ora Campaniae, ubi fuerunt Minturnae, sed eo advecta fortasse ex urbe Roma medio aevo (I 585. VI 1298. X 6007 vidit Mommsen). — 1) Mommseno videntur intellegendi esse Cornelii libertini, de quibus Appianus b. c. 4, 400. 104.

872 L. Cornelio L. f. | Sullae Felici | dictatori | vicus laci Fund.

Romae in Quirinali rep., nunc Neapoli (I 584. VI 1297; Ritschl tab. LXIXa).

873 L. Cornelio L. [f.] | Sullai Feelic[i] | dic.

Clusii (I 586. XI 2102; Ritschl tab. LXIXb).

874 L. Cornelio L. f. Sul[lae] | Felici, dictato[ri], | publice statuta.

Albae ad lacum Fucinum rep. (IX 5918 vidit Mommsen).

875 Cn. Calpurnius | Cn. f. Piso, | quaestor pro pr. ex s. c. | provinciam Hispaniam | citeriorem optimuit.¹

Romae (I 598. VI 1276 descr. Smetius aliisque). — 1) Piso hic est Catilinae socius propter suspicionem urbanae coniurationis, cum quaestor esset (a. 689), ulti in Hispaniam missus, in qua occisus est (Sallust. Cat. 48, Suet. Caes. 9, Asconius p. 66. 94 Or., Dio 56, 27).

876 Cn. Pompeio Cn. f. | Magno | imper. iter.¹

Clusii (XI 2104 vidit Bormann cf. 1616). — 1) Pompeium ut ter triumphavit (Cic. pro Balb. 6, 46), etiam ter imperatorem appellatum esse constat ex titulis